

Universitätsbibliothek Wuppertal

Accipite studiosi omnes Auli Gellii noctes micantissimas

Gellius, Aulus

Impressum Venetiis, Anno d[omi]ni. M.D.IX. die. xx. Aprilis

Nicolavs Ferettvs Ravennas [...]

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-475](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-475)

NICOLAUS FERRETTUS RAVENNAS MAGNIFICO AC
SPLENDIDISSIMO EQ VITI .D. GEORGIO CORNE-
LIO SALVTEM PLVRIMAM DICIT.



CONSVMignarus quantum onus suscipiam Splē-
didissime Eques Corneliæ gentis decus Georgi: cum
ausim in præsentia quædam de tuis laudibus attin-
gere: Quas & si multi antea conati sunt: ob tua in
eos complura merita indicanda: Nullus tamē eorum
est professus in eis extollendis suæ cupiditati satisfac-
cisse: quippe qui ingenio diffusi: ac perterriti rerum
magnitudine: imperfecta eorum opera reliquere: Sed
quis profecto tanti ingenii acumine nostra tempesta-
te inueniri posset: qui non dicam: quæ sunt Venetorum fama clarissima: in lon-
gam ætatem adducta Sed uel stēma tuorum maiorum. Vnde soror tua Regi-
na Cypri suum ad Venetos transtulit imperium: uel ea quæ tu ipse præsens
nostri gessisti tēporibus/ describere ausit: Quis est enim qui ea quæ cum ma-
ritimis bellis: Tum uero terrestri dimicatione: oculis nostris nuper perspecta
sunt/ nō admiretur: incredibiliq; hominum non extollat fama? Anno enim pro-
xime dilapso præfectus exercitui in altera fori Iulii expeditione delectus (Vix
enim credi potest) quot oppida natura montium aditu difficilia: artiumq; præ-
sidio munitissima: Vidiano duce solertissimo: tuo ductu & auspicio capta fue-
re: quorum nomina citius recensere longum esset: quam ea litteris mandare:
qua solertia: quaue celeritate Venetæ ditioni subiecta fuerint. Illud tamen di-
uinitus datum uideri possit: Goritiam oppidum munitissimū: adituq; difficilli-
mum: per quod gens Thurca fidei christianæ infestissima Bis olim Italiam est
aggressa non sine magna Christianorum cæde & captiuitate: per te captam fu-
isse/ Octauo pene die: quo oppugnari cœpta fuerat: Tergeste Urbem uetustis-
simam: ac munitissimam quindecim ferme diebus omnibus machinis bellicis
terra: mariq; oppugnatam: ac tandem in deditionem acceptam fuisse: non sine
eius urbis euertendæ periculo. quod olim Venetorum ditioni subiecta crede-
batur infida/ nimiaq; insolentia usa: traduntur oppida numero septuaginta ca-
pta: totidemq; uillarum loca uallis munita: turribus machinisq; partim custodi-
ta: Proh deum: atq; hominum fidem: quis hæc non admiret? Milia ferme no-
ningenta terrarum ambitu: quæ uix uno anno amplissimus exercitus non di-
cam oppugnare sed uix obire potuisset: quattuor tm̄ mēsis parua manu ca-
pta: ac ditioni Venetæ subiecta. O felices parentes: qui te genuerunt. Vene-
tamq; ciuitatem totius fidei Christianæ Metropolim: a deo ipso (ut opinor) in
Adriatico fundatam: non in cœnibus aut turribus ut cæteri ciuitatum ambitus:
Sed pontibus primum ligneis lembisq; ac nauibus peragrata: ut olim Rauen-
na mihi patria charissima: multis antea tēporibus a Theffalis Pyrrhæ ac Deu-
calionis diluuiō constituta: Ex qua adhuc extant Venetiis patritiæ gentis fami-

liæ: claritate nominis insignes. Est enim: ut uere dixerim: ciuitas Veneta cun-
ctarum Regina: ac facile princeps. Nam quot soli principes: aut numero clari/
uel celebres: in aliis ciuitatibus memorantur totidem uel longe plures: in unis
Venetiis non dubie affirmari: longeque præstantiores: Veneto quàm Romauo
olim imperio stabiliorem fore potentiam haud ambigam affirmare: & si Ro-
manum imperium totius orbis terrarum partes creditur superasse. Hæc enim
ciuitas sua iustitia non minus in populos subiectos rectum seruat trutinæ exa-
men quam in suos ciues ac principes secus quàm deceat iustitiæ obseruatores: rigi-
dior enim atque crudelior: uel pene sæuiens sæpius est comperta: ipsis etiã po-
pulis admirantibus: exemplum cunctis gentibus iustitiæ colendæ atque seruan-
dæ: ut principes ipsi tot populis ac gentibus imperaturi discant eas seruare le-
ges: quarum subiectos uelint esse obseruatores. Quis non hos principes colat
ac ueneretur: qui eos: quos bello uicerunt non uti subiectos angariatos uelint.
Sed & liberos & amicos: sibi ascribant: eosdemque in magistratibus sibi socios
adiungant: partim uicarios: partim etiam secretorum intimos: & scripturæ ma-
gistros esse uelint. Non est igitur mirum si complures ad te Splendidissime
Eques confugere consueuerunt: tanquam ad præsidium bonorum omnium: ac uir-
tutum amatorem: quales audiui mea tempestate: Georgium Trapezuntium
Græcorum eruditissimum. Gregorium Tiphernum Poetam celebrem. Fran-
ciscum Philelphum græcæ latinæque facundiæ amantissimum. Pōponium læ-
tum Cosmographiæ principem. Omitto Georgium Merulam uirum eloquē-
tiæ studiosissimum. Matthæum Siculum: & Paulum Marsum omnium bo-
narum artium interpretes. Adest in præsentia Bartholomæus Merula de lin-
gua latina benemeritus: filii tui amplissimi Diui Marci sanctæ Mariæ in por-
ticu Diaconi Cardinalis a secretis. Ad sunt alii complures: inter quos & si cu-
pio numerari: ueritus tamen quandam maiestatem tui nominis immortalitatem
præ se ferentem: qui tot hospites uiros clarissimos contubernales habere di-
gnatus es: inque amicorum numero ascribere: ne me infimum. asperneris: effecit.
Ioannes Tridinus ut auderem tuo nomini in præsentia dedicare tot uariarum
rerum exempla: quas Noctes Atticas inscripsit operi suo Aulus Gellius latinæ
græcæque proprietatis obseruantissimus: Cum enim multa repperissem in eius
libro digna memoratu: quæ non solum ad linguæ latinæ elegantiæ conferret.
Sed etiã clarorum uiroꝝ gesta: ac ritus Romanos indicarent: qui tuas aures ocio-
sas delectare possent: ea ipsa nuper anotaui: quo aliquid uiderer inter cæteros
tui splendoris cultores dignum memoria contulisse: quæ si forte sensero: a tuo
iudicio non aspernari: audacius alia quædam aggrediar: quæ uel tuas laudes
attingant: uel saltem optasse uidear ad tuum splendorem indicandum meam
cupiditatem nimis fortasse auidam immortalitatis conferre uoluisse. Felix: for-
tunatusque sis opto Eques Splendidissime: cui me supplex commendo.

Venetiis Idibus Octobris .M.D.VIII.

Princeps Cosmo-
graphie

AVL



iacta
Epicu-
bulon
Quod
est ci-
linqu
Cicer
Quam
li uer
Quod
micp
gestu
latus
Verba
eum a
& qu
In hisce
futura
& fut
be ser
onisq
Histori
most
Qui mo
tum o
Quibus
nimis
Quod
sed til
Halia
tata d
Virgo
nis: a
esse i
eius i